

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Timor f  
cum fonte primo

In uia Dei a timore incipitur ut ad fortitudinem ueniat. Nam sicut in uia seculi audacia fortitudinem, ita in uia Dei audacia debilitatem parit; et sicut in uia seculi timor debilitatem, ita in uia Dei timor fortitudinem gignit.

Gregorius ibidem (moralium) libro V.

In uia etenim Dei a timore incipitur ut ad fortitudinem ueniat. Nam sicut in uia seculi audacia fortitudinem ita in uia Dei audacia debilitatem parit; et sicut in uia seculi timor debilitatem ita in uia Dei timor fortitudinem gignit,  
Salomone attestante qui ait: *In timore Domini fiducia fortitudinis.*

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5, 16 (CCSL 143, M. Adriaen ed., pp.240-1, ll.11-16).